prouiderē, nisi enim conatus tanti hostis, anteuertatur, timēdū est
nē instante hyemē in medio hungarię transigat, sicq3 breui totum hoc
Regnū Turcę subiaceat: Sin autem M.ti Dni mei clemētissimi &
Regno huic tempestiua aderunt negocia subsidia, negocium
xpianor tanto fęlicius succedet, q Moldauus et transiluanus
visis uiribq pro nobis erunt, paratiq3 sunt, relictis suis Regnis cū
omni familia in transiluania adminus cū cētū & qnquaginta
millibq hominū exire, ita et Rasciani qui ferē medietatem
hungarię equant, in officio erunt, atq isti, Turcę adherent &
contra nos erunt, Si ergo subsidior emissio maturabitur, quanta
cōmoditate fiat, M.tas V. uidet, quā ut Deus optimq felicissimā
conseruare dignetur exopto: Datū varadini. 16. Mensis Augusti
āno Dni. 1538

M.tis V. Ser.mę

Addictissimq seruitor
Frater Georgius Ser.mi Regis
hungarię thesaurarią &c

1958(A2610) BAGen 5

Misc. Mss (Large)
~~Ms.. Lat 195~~
~~LEA LIBRARY~~ Cancelled RH
63M-61

Contemporary transcript

Hodie quidā certissimus explorator meus, qui etiā in castris Cesaris Turcharū diucius substitit, reuersus est, ac de Cesaris conatibus hec sequentia refert

ꝗ Cesar e constantinopoli exiuit, secuti sunt eum ad Adrinopolim uiginti millia equitum, Sulaconum sexcenti, inter quos duo filij Cesaris minores natu, Janicherorū opinione omniū nō amplius ꝗ quatuor millia

Begleerbeg transmarinus hoc est sūmus Capitaneus, qui Bassis Zanchachis et cunctis prefectis Vniuerseq3 dicioni transmare in leuan et comparan viribus preest, Magnusq3 ille Bassa de Natulia cum alijs Bassis et Zanchachis nō aduenerunt, neq3 aduenire poterunt propter timorem Kazul Basse qui contra Cesarem magna molitur

Antea inter Kazul Bassā et duos Bassas Kysyr et Kichy male cōueniebat in presentiarū tamen isti cū Kazul concordarunt, fedusq3 pepigerunt, ita ut coadunatis viribus, Cesaris Vires, ac dicione adoriantur

Cesar ad sustinendū impetū horū Bassarū, filiū suū minorē natu cum Begleerbeg Bassa de Natulia et alijs reliquit, periculūq3 capitis filio comminatus est, ni dicionem suam ab impetu illorū Bassarū defendat, Nam Kazul intendit ciuitatem Bagdath, que Babilonia est, et cunctas illas partes superioribꝰ ānis per Turcā occupatas recuperare, atq3 item Cesaris dicionem deuastare

Turca timet Cesarē Carolū et Venetos in mari et huius rei causa constantinopoli reliquit Vnū Bassā cū duobus millibus Janicherorū, et viginti millibus equitū

Cesar ultra sex millia Janicherorū in presenti expeditione, ut fertur, non poterit habere, propterea ꝙ per Kazul et arnautas multi intercepti, ac cesi sunt, plurimi etiā pro custodia ciuitatū et arcium relicti: ut igitur Janicherorū numerus suppleretur in vniuerso Cesaris Imperio facta est puerorū conscriptio inter grecos, Bulgaros, Sorbitas, Rascianos, Valachos cunctosq3 alios, que conscriptio licet ats decimalis fuerit, nunc tamen

pro medietate facta est, ita ut ab illis, qui duos habebant ablatus est vnus, qui quatuor bini, qui octo, quaterni sunt ablati, et sic consequēter, isti pileis Janicheris inuestiti, dispartiti sunt in loca eruditionis, ut more Turcharū pro consuetudine Janicherorum erudiantur

Cesar aduexit secū trecenta ingenia simul cū illis, quę āno superiori Memhetbeg obtinuerat, ex quibus quinquaginta muralia, cetera campestria sunt, ad horū conductū et custodiā quinque millia equitū delegata sunt

Camelorū apud cesarē tantus numerus, quo maior antea fuit nunquam plurimos enim a Kazul, obtinuerat

Per Beeglerbegū, qui citra mare est, pons ad Sylester alio nomine Kylye uotu erecta fuit, illic Cesar traiecit, quem Beeglerbeg cū quadraginta millibus equitum duabus hebdomadis pręcessit

Cesaris exercitus estimatus est in sūma ducentorum et quadraginta milliū hominū, ita ut uix amplius habere poterit

Cesaris intentio est, ut inprimis Moldauiā aggrediatur, cuius incolę si Jmperiū acceperint, Memhetbegū illis in zanzachū pręficiet, deinde Transiluaniā adorietur, ita ut inprimis Cibiniū et Brassouiā, totū denique Regnū transiluanū expugnatū filio tradat, indeque ad impugnādū Regnū hungarię bipartito agmine ueniat, quorum vnū ad partes Cassouię, Montana, qua uidelicet fodinę minerarum sunt et Zylagh mittat, alterū uero a partibus themesuar ad impugnandam Budam indeque ad deuastandā germaniā secum deducat

Cesar quod Regnū hungarię inuadat, causatur M[tem] Regiā hoc est Regem Joānem sine ipsius scitu et non sui causa cum Rege Romanorum concordasse et pactū fecisse

Turcę spargunt ex omnibus xpianis principibus pręter Regē Joānem paratos ac instructos exercitus nusquam et neminē habere et quod istū facile debellare possunt

hec ille Quare M[ti] V. obnixe supplico dignetur de conferen[do] subsidio mature